UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianae, 1661

De Seqvestratione possessionum & fructuum. Titvlvs XVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62953

Visual Library

Cantuarien. eccleſiæ donec de cauſa ipſa cognoſceretur ante te crucem deferre aliqua ratione auderes. Quia igitur per dil. fil. noſtros I. & A. clericos tuos gravem coram nobis querimoniam depoſuiſti, aſſerens quòd te de poſſeſſione hujus rei, quam tu & acceſſores tui habuiſtis, ante cognitionem judicii ſpoliaſſemus, volentes nos tibi tanquam ven. f. noſtro deferre, & jura tua integra illibataq; ſervare, præſentibus literis.]

CAP. II.

Adcuſatus de adulterio ad ſeparationem tori, non debet lite pendente privari poſſeſſione conjugali.

Clemens III. *a*

LAudabilem: *& infrà. b* Quæris quando matrimonium adcuſare contingit, an ſtatim ſit carnale commercium ſuſpendendum. [1 *& infrà.*] Ad qud *c* breviter] reſpondemus, quòd conjugum alteruter adcuſatus, ante probatam adcuſationem, jure, quod habet in altero, privari non poſſit.

[1 *Aut quamdiu diſſimulari poſſit vel potius ſuſtineri. Ad quod breviter reſpondemus, quòd cùm Alexand. III. apertè prohibeat ne ab invicem, donec juſtæ fiat cauſæ examinatio, ſeparentur, & Symmachi Papæ contineat inſtitutum, ut prælatus aliquis accuſatus antequam ea quæ objiciuntur luce clareſcunt, relinqui non debeat à ſubjectis in præſenti articulo.*]

CAP. III.

Qui rem litigioſam alienavit, ita quod rehaberi non poteſt, debet æquivalentem ſubſtituere in locum illius: quam alienare non poterit. h.d. cum ſe.

Innocentius III. *Abbati & conventus ſancti Sylveſtri.*

ECcleſia ſanctæ Mariæ *d* in via lata contra Ioannem de Ateia (qui quaſdam poſſeſſiones ipſius dicebatur contra juſtitiam detinere) movit ſub L. judice quæſtionem *e: & infrà.* Prohibemus ne poſſeſſiones, quæ ſucceſſerunt in locum & jus illarum, quas ab Ioann. de Ateia eccleſia ſanctæ Mariæ petierat, in Monaſterium veſtrum ab eodem Ioan. lite pendente tranſlatas, alienare interim præſumatis: ut ſi eccleſia ſanctæ Mariæ de vicio litigioſi contractus, vel de proprietate voluerit experiri (ne ſi obtinuerit in judicio, in vanum laboret, monaſterio veſtro minimè poſſidente) ſic, quod evincere valeat & habere.

CAP. IV.

Idem dicit, quod in præcedenti.

Idem.

ECcleſia ſanctæ Mariæ *f. & infrà.* Poſſeſſionem, qua fuerat prætermiſſo juris ordine, prædicta eccleſia ſpoliata, ſibi reſtitui poſtulabat *g: & infrà.* Nos quicquid ab aliis factum fuit (poſtquam prædeceſſor noſter ad curiam ſuam idem negotium revocavit) irritum decernimus & inane: *& infrà.* Verùm quoniam præfatam poſſeſſionem poſt reſtitutionem vobis factam ab Ioann. de Ateia, alii locationis titulo adſignaſtis, neque reſtituere poteratis eccleſiæ ſpoliatæ: loco ipſius tantundem poſſeſſionum æquivalentium, ad arbitrium bonorum virorum, ipſi eccleſiæ fecimus adſignari: quas, cùm alii fuerant pignori obligatæ, per vos liberari fecimus à creditoribus, qui nobis inſtrumentum pignoris reſignarunt.

CAP. V.

Lis decidenda eſt ſecundùm jura exiſtentia tempore controverſiæ, non autem ſecundùm privilegium impetratum lite pendente, niſi de litis pendentia mentionem faciat.

a *Aliàs, Cæleſtinus.* b *Cap. 2. eod. tit. in 2. comp.* c *Ad quod tibi bre. &c.* d *Supr. cap. 10. de conſtit.* e *quæ hîc abſciſſa ſunt, ſuprà integra poſita ſunt, cap. 10. de conſtit.* f *Supr. de conſtit. cap. 10. in tertio, ſub titulo de reſtitut. ſpoliat.* g *l. juſtè poſſidet. & ibi Bartol. de re judic.*

Honorius III. *Cancellario, cantori, & A. canonico Pariſien.*

DIlectus filius, magiſter A. perſona eccleſiæ de Baſſevilla, expoſuit coram nobis, quòd cùm inter prædeceſſorem ſuum ex parte una, & priorem ac monachos de Baſſevilla ex altera, ſuper decimis novalium [illegible] nes parœciæ ſuæ conſiſtentium, quæſtio emerſiſſet, [illegible] pendente coram judicibus delegatis, Abbas & conventus majoris monaſterii Turonen. quibus ſubſunt [illegible] monachi ſupradicti, pro ſe ac membris ſuis obtinuerunt à ſede Apoſt. indulgentiam ſuper perceptione [illegible] di decimarum: cujus prætextu prior & monachi [illegible] dictas decimas ſibi vindicare contendunt, licet in indulgentia de dicta quæſtione facta mentio non fuiſſet. [illegible] que mandamus, quatenus eiſdem judicibus injungatis (indulgentia non obſtante prædicta) in negotio [illegible] cedant, juxta traditam ſibi formam.

DE SEQVESTRATIONE poſſeſſionum & fructuum.

TITVLVS XVII.

CAP. I.

Res, in quam facta eſt miſſio, non debet ſequeſtrari [illegible] ſus inde fuerit violenter ejectus. Vel notabilius ſic: [illegible] factum loco miſſionis propter ſcandalum evitandum, [illegible] oblata cautione & reſtitutis expenſis.

Innocentius III. *Medíolanen. Archiepiſ.*

AD hoc unxit nos Deus: *& infrà.* [illegible] Regula *d* nobis expoſuit, quod cùm [illegible] deceſſor tuus ſuper cauſa, quæ [illegible] monaſterium ſuum fuerat agitata, obtinuiſſet [illegible] ſi Epiſcopo literas deſtinari, & ipſe ſuper [illegible] ſorio partim pro monaſterio, partim pro Archiep[illegible] ſententiam protuliſſet, procuratore ipſius [illegible] quæſtionem de proprietate poſtmodum [illegible] lente, Archiepiſcopus juriſdictionem Epiſcopi [illegible] fuit expiraſſe, adſerens cauſam poſſeſſionis [illegible] non proprietatis fuiſſe commiſſam: & quia ſuper [illegible] ſeſſione pronunciaverat, ſemel functus officio [illegible] quæſtione proprietatis deinceps cognoſcere [illegible] bat: [1 *& infrà.*]. Sed judex actorem in poſſeſſionem (quæ fuerat per ipſum Archiepiſcopo adjudicata [illegible] pter ejuſdem contumaciam mitti decrevit, [illegible] Archiepiſcopus violenter monaſterium ejecit [illegible] C. Papa prædeceſſor noſter, ſic ſuum interpretans [illegible] reſcriptum, quòd tam cauſa poſſeſſionis quàm proprietatis, fuerat judici delegata, cùm abſolutè & [illegible] commiſſa fuerit, & ejus continentia dividi non [illegible] prælibatam quoq; poſſeſſionem pro ſuo arbitrio [illegible] ſtrari præcepit, injungens Reg. & Mutinen. Epiſcopis [illegible] de cauſa poſſeſſionis & proprietatis plenius [illegible] tes, eam debito fine deciderent, & poſſeſſionem [illegible] poſtmodum reſignarent, quæ obtineret de [illegible] triumphum: [3 *& infrà.*] In eum ſtatum [illegible] am cauſæ reducimus, in quo fuerat, cùm prædictus [illegible] deceſſor noſter cauſam proprietatis & poſſeſſionis [illegible] nen. & Mutin. commiſit: mandato ſequeſtrationis [illegible] tus revocato. & *e* infrà. Ne autem monaſterium [illegible] mur in ſuo jure deeſſe, moderatas expenſas [illegible] piſcopus Veron. ipſum in poſſeſſionem induci [illegible] uſque ad ſatisfactionis tempus oblatas propter [illegible] ctas ſibi reſtituendas eſſe cenſemus: & à [illegible] præberi ſtandi judicio cautionem.

a *Bacervilla. alit. Baſſavilla.* b *In [illegible]* *De ſequeſtratione poſſeſſion. rerum & fructuum. [illegible]* c *Cap. 1. eod. tit. in 3. compilatione.* d *[illegible]* *abſciſſum.*

[1 Ad hæc pars monaſterii inter alia reſpondebat, quòd cau- ſa quæ inter Archiepiſcopum & monaſterium vertebatur, fuerat Epiſcopo memorato abſolutè & indiſtinctè commiſſa: & ſic conti- nuatam cauſæ dividi non debere dicebat. in hanc nimirum & alias rationes cum judex plenius advertiſſet, & actorem, &c. ut hic.]

[2 Cumq; proceſſu temporis utriuſq; partis nuncii propter hoc ad ſedem Apoſt. acceſſiſſent bo. me.]

[3 Nos autem ſupradicto Albert. mandavimus, ut illis literis quas ad Bon. & Ferrarien. Epiſcopos ſuper reſtituenda ſibi poſſeſſio- ne cum fructibus per mandatum impetravit, omnino careret.]

CAP. II.

Immiſſus in poſſeſſionem cauſa cuſtodiæ fructus diſſipat, diſſipati revocantur, & cum aliis ſequeſtrantur.

Honorius III. *Priori Deben. & Decano de Calmen.*

Dilectus filius *a* R. rector eccleſiæ de Bethuſia, ſua nobis petitione monſtravit, quòd cùm inter ipſum ex parte una, & Abbatem, & conventum de Ciſteria *b* ex altera, ſuper eadem eccleſia, coram Abbate de Sibiton. & ejus collegis quæſtio verteretur, judices ipſi prædictos Abbatem & conventum in poſſeſſionem ipſius eccleſiæ cauſa cuſtodiæ induxerunt, qui fructus medio tempore perceptos pro ſuæ diſtrahunt libito voluntatis *c*. Quo- circa mandamus, quatenus ſi eſt ita, facientes fructus ſe- queſtrari prædictos, ſi quid de ipſis per eos diſtractum inveneritis in ſtatum priſtinum revocetis.

CAP. III.

Si verus poſſeſſor appellat à ſententia contra eum lata, licitè rei pe- titæ fructus ſequeſtrantur, ſi diſſipantur ab eo.

Gregorius IX.

A Reo, qui à ſententia provocavit, fructus poſſeſſionis (ſi diſſipentur ab ipſo) poſſunt lite pendente rationa- biliter ſequeſtrari.

DE CONFESSIS.

TITVLVS XVIII.

CAP. I.

Ad ſolum dictum confitentis crimen proprium, non eſt alteri in- fligenda pœna aliqua: infamato tamen eſt indicenda purgatio.

Clemens III.

CVm monaſterium: *& infrà.* Eos, quorum ſug- geſtione ſcelus homicidii Presbyter *d* perpetraſ- ſe proponit, niſi aliis modis verum eſſe conſti- terit, nulli cenſemus pœnæ *e* ſubdendos: cùm *f* ſecun- dùm utriuſque juris ſtatuta, de ſe confeſſi ſuper aliorum conſcientiis interrogari non debent, & (crimine læſæ majeſtatis excepto) de reatu proprio confitentis peri- culoſa confeſſio non eſt adverſus quemlibet admitten- da. Si tamen eos infamia hujuſmodi laborare cogno- veris, ſingulis eis (adjunctis tribus ſociis ſui ordinis) purgationem injungas.

CAP. II.

Si de crimine contingente cauſam principalem conſtat contra aliquem per ejus confeſſionem, punitur pœna ordinaria, etiam ſi di- ctis contra eum non agatur. hoc dicit, ſecundum gloſſam. Et eſt ca- ſus notabilis & verus in ſe. Vel ſumma ſic, ſecundum alium intellectum non minus notabilem, quem etiam ſentit gloſſ. licet non perfectè explicet. Si quis confitetur crimen in judicio incidenter, poteſt judex ordinarius novum inchoando proceſſum, illum punire pœna ordinaria. h.d. ſingulariter Abbas.

Innocentius III. *Canonicis de Bethlehem.*

CVm ſuper electione *a* Bethlehem eccleſiæ inter R. & P. quæſtio verteretur *b: & infrà.* Quoniam V. canonicus Bethlehem fuit in jure confeſſus, quòd pro præſtando alterius electioni conſenſu, quingentorum Sarracenorum obligationem receperat, & mediator ex- titit ſimoniacæ pravitatis: Nos (quoniam vitium hujuſ- modi perſequi volumus, ut debemus) ipſum per defini- tivam ſententiam duximus ab omni beneficio & officio eccleſiaſtico deponendum.

CAP. III.

Confeſſio facta in jure per Oeconomum eccleſiæ, nocet ipſi eccleſiæ: poteſt tamen revocari, ſi ante finitum negotium doceatur per erro- rem facti emanaſſe. h.d.

Gregorius IX. *B.* c *judici Viterbienſi.*

EX parte Abbatis & conventus monaſterii ſancti M. fuit propoſitum, quòd cùm inter ipſos ex parte una, & V. nomine ſuæ uxoris ex altera coram te quæſtio verte- retur, Oeconomus monaſterii memorati, quædam per errorem facti fuit in jure confeſſus, ex quibus timet *d* ſibi præjudicium generari. Cùm igitur negotio nondum finito, nemini noceat error facti, mandamus, quatenus ſi de hujuſmodi potuerit errore docere, provideas, ut nul- lum ſibi ſuper hoc præjudicium generetur.

DE PROBATIONIBVS.

TITVLVS XIX.

CAP. I.

Reus actori ſua propria inſtrumenta edere non tenetur: ita com- muniter ſummatur.

Gregorius *Tancredo Regi Vinceſtriæ* e.

EX Epiſtolæ verbis: *& infrà.* f Tua excellentia poſtulavit, ut Imperatori ſcriberem quatenus *g* pacta in charthophylacio requireret, quæ dudum inter Iuſtinianum Principem & prædeceſſores tuos fue- runt emiſſa, ut ex his colligeret, quid tibi ſervare debe- ret. Sed ad hoc faciendum vehementer obſtitit, quia nulli dicendum eſt, ea quæ contra te ſunt, apud temetipſum de- bes documenta requirere, in mediumq; proferre.

CAP. II.

Actor, qui plenè probavit, non debet compelli jurare.

Alexander III.

SIcut *h* conſuetudo laudabilis: [1 *& infrà.*] Sanè quoniam apud vos conſuetum eſſe didicimus, ut quũ aliquis intentionem ſuam fundaverit inſtrumentis aut teſtibus, ei ſacramentum nihilominus deferatur: quod ſi ſubire noluerit, fides probationibus *i* non habetur. Nos (cùm tunc demum ad hujuſmodi ſit ſuffragium re- currendum, cùm aliæ legitimæ probationes deeſſe no- ſcuntur) talem conſuetudinem reprobamus.

[1 *Nulla debet novitate convelli, ſic quod noſcitur moribus in- troductum; obvia ratione non debet diſſolvi.*]

CAP. III.

In communi judicio probant actor & reus: & ſi pariter probant, reus abſolvitur, niſi favorabilem cauſam foveat actor.

---

a *De materia hujus cap. Felin. poſt. Ioann. Andr. in capit. examinata. 5. de judic. Socinus in Reg. 458. verbo ſequeſtr.* b *Giſtercia.* c *Iſta verba important liberum arbitr. l.1. de [...] & ibi d. Bart.* d *In aliquot antiquis ita: ſe Presbyter, & cætera.* e *Vid. l. fin. cum gl. & ibi Bart. in l. maritus. ff. de quæſtion.* f *al. quia.*

a *Cap. un. eod. tit. in 3. compil.* b *quæ hîc deſunt, reperies ſup. c. cum ſuprà. de cauſa poſſ. & propr.* c *Bich.* d *In Codic. Barb. ex quibus timent monachi, ſibi, &c. in omnibus manuſcr. le- gitur timent.* e *Aliàs, Taucredo. videtur eſſe Gregorius VII. al. Tataredo Regi Viſogoren. ſed legendum eſt Recaredo VViſigothorum, ex libro ſeptimo Epiſtol. 122. ſive 126. Reg. B. Greg.* f *Cap. 1. eod. tit. in 1. compil.* g *quod.* h *Cap. 1. eod. tit. in 2. compilatione.* i *alit. probationis.*